

fuerit ad Metropolitanam electio devolvitur: sed cum Tridentinum non auferat Capitulo potestatem, hinc est, quod etiam termino octo dierum lapsio, si adhuc Metropolitanus non elegit, si Capitulum Vicarium eligat, mora purgata, valida erit electio, cum non irritetur à Concilio. Sic *Garc. de Benef. p. 5. cap. 7. n. 7. & alij.* Hic terminus octo dierum currit Capitulo, etiam à die scientiæ translationis Episcopi ad aliam Ecclesiam, quando à S. Pontificis fuerit Episcopus à vinculo prioris Ecclesiæ absolutus. Ante Vicarij electionem infra octo dies faciendam, administratio jurisdictionis eo tempore penes totum Capitulum relictur, non autem penes primam Dignitatem, scilicet, Decanum. Et licet de jure Communi non teneretur Capitulum constituere Vicarium, cum per se posset jurisdictionem exercere; secus est hodie: quippe ultra octo dies, non potest differre Vicarij Constitutionem cum Trid. dicat, quod omnino Vicarium constituere teneatur. Non tamen ipse est necessario eligendus de gremio Capituli; tamen cæteris partibus extraneo præferendus erit, si idoneus in Capitulo invenjatur. Et quidem unus tantum eligendus est, non plures, nisi flante consuetudine immemorabili, quæ debet attendi, ita declaratum à Sacra Congreg. ait *Barbos. de Offic. Episc. alleg. 54. n. 156.* quamvis Panvin. tenet, posse Capitulum libere unum, vel plures Vicarios eligere. In ejus electione non est necessario servanda forma *Text. in C. 42. de Electi. nec forma Trid. sess. 25. de Regul. cap. 6.* sufficit, si in aliquem major pars Electorum contentiat, ex *Declar. Carain. Garc. de Benef. p. 5. cap. 7. n. 22.* Vicario constituto providendum est de competenti salario ex bonis Ecclesiæ vacantis, nisi sit Canonicus, vel de gremio Ecclesiæ. Si Canonicus sit, & à choro ablit, inspecto juris rigore, non potest percipere distributiones quotidianas. Si in choro assit, debet in proprio loco suæ antiquitatis sedere: si non sit Canonicus sedet in sede portatili, non in prima sede, & in Processionibus à prima Dignitate post Episcopum præferitur. Eligi ergo debet juxta *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 16. Qui saltem in Jure Canonico sit Doctor, vel Licenciatus, (& quidem in aliqua Universitate) vel alias, quantum fieri poterit idoneus, si sen cui factum suo it, ad Metropolitanam deputatio hujusmodi devolvatur. Et si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta, tunc antiquior Episcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Episcopus in*

*exempta Æconomus, & Vicarium idoneus possit constituere.* Formulam creandi Vicarium Capitularem affert, & explicat *Barbos. de Offic. Episc. alleg. 54. ex n. 159.* Si electus non sit Doctor, vel Licenciatus in Jure Canonico in aliqua Universitate, erit nulla electio, juxta *Garc. de Benef. p. 5. cap. 7. n. 10.* & certe Doctor Sacrorum Canonum quoad hoc Officium, præferitur Magistro, vel Doctori Theologia. Electio facta de Theologo, omisso Canonista, erit nulla, *Barbos. Valenz. & alij,* qui varias Declarationes afferunt. Sed cum in Concilio datur arbitrium Capitulo alium idoneum eligendi, & hoc per particulam disjunctivam, ad cujus verificationem qualibet pars disjuncta sufficit. *C. 4. de Ref. ipr. inde tenendum est, quod electio facta à Capitulo de Theologo, non erit nulla, nec irritanda. Solorz. Polit. Indian. lib. 4. cap. 13. f. 606. alios citans, & praxim Hispaniæ.* Si Vicarius non est Doctor, potest Capitulum ei Doctorem in Consultorem, vel Assistentem designare: alioquin poterit ipse Vicarius Consultorem Doctorem eligere in ealibus, in quibus eo opus sit. A Vicario Capituli non datur appellatio ad Capitulum, quia idem est utriusque Tribunal, & Jurisdictio. *Arg. C. 2. de Consult. in 6.*

301. Quoad cæteras qualitates debet Vicarius Capituli habere easdem, quæ in Vicario Episcopi requiruntur. Est tamen major jurisdictio Vicarij Capitalaris, quam Vicarij Episcopi, & potest sine speciali commissione Diocesim visitare. *Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 42. n. 68.* potest tamen Capitulum aliqua reservare alteri deleganda. Capitulum ergo in Constitutione Vicarij, potest ipsi modum, & tempus procedendi præfigere. Nam cum à Capitulo dependeat Vicarij jurisdictio, illam ampliare, & restringere potest: imò potest Vicarium eligere cum clausula, ne per unum tantum annum duret: expedire tamen ut simpliciter constituatur. Et tunc ejus officium durat, quamdiu sedes vacat. Et sic facta electione, in suo officio functum censetur Capitulum, ut non possit Vicarium ad libitum revocare, ut in Hispania servatur: quamvis plures contrarium teneant, & etiam in electione Vicarij Capitulum apposuisset clausulam de revocando sine causa: quin & si juramentum abjecisset, adhuc possit eam causa, & sine ea Vicarium revocare dicunt, plures Declarationes allegantes. *Vid. Solorz. Polit. Indian. L. 4. cap. 13. f. 606.* ubi plures pro utraque parte recerit *DD.*

*& Declarat. Cardinal.* Constitutus verò ob negligentiam Capituli à Metropolitanano, potest ad ipsius Metropolitanani hntum revocari, sicut constitutus ab Episcopo potest ad libitum Episcopi revocari. Et ita declaratum est apud *Barbos. de Canon. & Dignit. C. 42. n. 48.*

302. Vicarius Episcopi, vel Capituli non potest sibi substituere Vicarium, cui totum officium committatur. *C. 4. b. t.* quod non solum de Vicario in beneficio, sed de Vicario Capituli, vel Episcopi, etiam intelligitur à DD. nisi ad breve tempus, nonque nimis frequenter, ob infirmitatem, absentiam, vel aliud justum impedimentum, vel accedente auctoritate Episcopi, vel Capituli; vel unam, vel alteram causam delegare poterit: v. g. si à Capitulo sit electus cum potestate substituendi pro casu infirmitatis, vel absentia: & in alijs similibus casibus. Jurisdictio Vicarij Capituli expirat, postquam novus Episcopus confirmatus est, & Episcopus possessionem accepit. Et ab ipso Vicario, Æconomus, & alij Officialibus Ecclesiæ vacantis rationem exigit Episcopus administrationis, quam habuerunt, Sede vacante, potestque illos punire, si in suo officio deliquerunt, etiam redditis rationibus à Capitulo, vel ab eo Deputatis abolitionem, aut liberationem obtruncant. *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 16. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 54. n. 181.*

303. Vicarius Foraneus est ille, qui foris, id est, extra Civitatem residet, & non pro totius Diocesis causis, sed pro una illius parte designatur, habetque officium cum jurisdictione, sed non Dignitatem, cum careat præminencia, ac proinde non præcedit Collegiatum Præpositos: habetque diversum Tribunal, ac Episcopus; appellaturque à Vicario foraneo ad Episcopum, nec habet ordinariam, sed tantum delegatam jurisdictionem ab ipso Episcopo: nec ipse Vicarius foraneus, nec alij Vicarij designati à Prælati inferioribus Episcopo, possunt esse Papæ delegati, cum careant Dignitate. *Cap. 11. de Rescrip. in 6.*

304. Vicarius Pontificis, qui hodie debet esse Cardinalis, habet jurisdictionem, & quidem tanquam Episcopus, in his, quæ intra Urbem sunt, & extra eam usque ad quadragintamiliaria, de quo fit mentio in *C. 13. de Exces. Prælat.* Quando Pontifex ab Urbe discedit, relinquit in ea Vicarium, seu Legatum, qui habet jurisdictionem tantum intra Urbem ex commissione Pontificis, *p. 5. b. t. Et ibid. Gonzal.*

*ex n. 6. Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 15. n. 48.* Huc potest reduci aliud genus Vicariorum, quos olim Episcopi habebant. Si quidem ipsis quidam Coadjutores dabantur, qui Græcè dicebantur *Chorepiscopi*: fueruntque instituti ad exemplum 72. Discipulorum, continebantque quandam speciem mediam inter Episcopos, & Sacerdotes: majores his, illis verò inferioribus. In pagis, & in villis erant Episcoporum Vicarij, sicut nunc sunt Vicarij foranei. Et à pagis Chorepiscopi dicebantur, quasi pagorum essent Episcopi, sumpta denominatione à duabus vocibus Græcis. In pagis enim plura munera Episcopalia exercebant, distribuebant elemosinas pauperibus, conserebant Ordines minores, & etiam Subdiaconatum, qui in illis temporibus non erat Ordo Sacer, habebantque animarum curam, aliaque hujusmodi. Sed quia crescente eorum ambitione affectabant, quod est proprium Episcoporum, conferendo Ordines majores, & alia munia Episcopalia exercendo: imò & consecrationem Episcopalem usurpabant, ideo eorum Ordo merito ab Ecclesia fuit damnatus, & repulsus in *C. 3. c. 4. c. 5. D. 68.* Alij Chorepiscopi, vel potius *Coepiscopi* dabantur, qui verè Episcopi erant, & in pagis tanquam Episcopi administrabant, ut sunt hodie Episcopi *Titulares.* *Gonzal. in C. 1. de Privileg. ex n. 7. Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 16. Diction. Univers. de Trévoux, V. Chorepiscopi* ubi probat, quod non debet scribi *Chorepiscopus*, ut aliqui non vulgares faciunt, sed *Chorepiscopi*, ut voci Græcæ correspondeat.

## TIT. XXIX.

## De Officio, &amp; potestate Judicis Delegati.

305. JUDEX à jure, sive à justo dicens nomen accepit. *C. 10. de Verb. signif. Et est persona legitima, seu Legibus non prohibita publicam potestatem habens cognoscendi de controversijs litigantium, & pronuntiandi de eisdem.* Alius est *Notionalis*, seu *Pedanus*, qui solum cognitionem sine jurisdictione habet: & tales sunt, qui in foro *Sæcularij Commissarij* dicuntur, & in foro Ecclesiastico *Auditores.* Alius est *Jurisdictionalis*, qui scilicet jurisdictionem obtinet. Et quidem alij habent jurisdictionem ordinariam, de quibus infra dicemus: alij jurisdictionem de-

legatum habent, & delegati dicuntur, qui scilicet jurisdictionem habent non ex munere proprio, sed ex commissione alterius concessam. *L. 5. d. 16. ff. de Jurisd. l. 3. l. 19. tit. 4. p. 3.* Delegare in genere est alium in suum locum substituere, seu ipsi vices suas committere: qui taliter ab ordinario substituitur, appellatur *delegatus, commissarius, Judex extra Ordinarius, & Judex datus*. Si a delegato substituitur *Judex subdelegatus* dicitur: Et certe potest quis hanc jurisdictionem delegatam habere, non solum a Judice Ordinario, sive Supremo, ut Pontifice, sive inferiori, ut Episcopo, vel alio Magistratu, *L. 1. tit. 4. p. 3. ibi: Otra manera, y ha de Jueces a qui llaman delegados, que quieran tanto decir, como ome, que han poderio de judgar segun las mandan los Reyes, o los Adelantados, o los otros Jueces Ordinarios.* Sed etiam possunt tales Judices jurisdictionem delegatam habere a jure ipso, vel Canone. Sic talis jurisdicção in pluribus casibus ex speciali concessione Episcopis a jure conceditur in exemptis tamquam Sedis Apostolicae delegatis. *G. 13. de Offic. Ordin. C. 9. de Hæretic. C. un. §. fin. de Stat. Regul. in 6. Trid. sess. 6. de Ref. cap. 4. Et sess. 22. de Ref. cap. 10.* Et alibi læpe, *Barbof. de Offic. Episc. alleg. 92. n. 3. Sanch. de Matr. lib. 8. D. 2. n. 10.* contra alios apud ipsos, qui dicunt in tali casu ipsi Episcopis concedi jurisdictionem ordinariam. Aliquando hæc delegatio competit alicui ratione Dignitatis, qua gaudet, ut in Textibus citatis competit Episcopis: aliquando ratione personæ, quando scilicet, personæ determinatæ, & nomine expresso committitur jurisdicção: Et hæc potest committi ad certam, vel certas causas, v. g. ad aliquam controversiam inter certas personas dirimendam, vel dispensationem in aliquo matrimonio faciendam. Et potest committi ad universitatem causarum, quando scilicet, alicui committuntur, vel omnes causæ universim, vel saltem in aliquo genere subalterno, v. g. matrimonij, vel decimarum, etiam si talis jurisdicção ipsi restringatur ad certum locum, vel tempus, vel quantitatem: v. g. ut de decimis cognoscat in hac civitate tantum, intra annum, & quæ non excedant valorem decem aureorum. Hi enim quibus universitas causarum committitur habet jurisdictionem *mandatam*, quæ in rigore a jurisdictione delegata distinguitur: sed jam omnes delegatam jurisdictionem habere dicuntur. Ille, cui committuntur omnes causæ tractandæ in-

ter Titium, & Cajum, si delegatio extendatur ad quasvis causas, etiam futuras, est delegatus ad universitatem, vel potius generalitatem causarum. *Sanch. de Matr. lib. 3. D. 31. n. 4.* secus aliter.

306 Delegatus differt a Judice Ordinario, quia hic jure proprio exercet jurisdictionem, secus delegatus, qui tantum eam nomine alieno exercet: a Vicario Generali differt, quia licet Vicarius vice alterius jurisdictionem exerceat, eandem tamen, & in eodem Tribunali, ac principalis habet. Ab arbitrio commissario differt, quia hic non jurisdictionem, sed simplicem cognitionem habet. A mero Executore differt, quia hic non jurisdictionem, sed tantum nudum habet ministerium. Quando sine jurisdictione aliquibus committitur examen causæ controversiæ, vel testium, ut rem omnem deferant ad suos principales Judices, ut hi sententiam ferant, tales in foro Civili vocantur *Commissarii*, vel *Consulentes*, in foro Ecclesiastico *Auditores*.

307 Non solum Princeps Supremus, qui aliquando ob multitudinem causarum aliquas delegat, sed etiam Judices inferiores, ordinariam potestatem habentes, possunt aliquas causas delegare, seu vices suas alijs committere. *C. 7. de Offic. Ordin. in 6.* Cum possit quis per alium, dum non prohibeatur, quod potest facere per se ipsum. *G. 68. de Regi. jur. in 6. L. 19. tit. 4. p. 3. L. 5. L. 16. ff. de Jurisdic. ibi: Solet Pretor jurisdictionem mandare, & aut omnem mandat, aut speciem unam, & is, cui mandat jurisdictionem est, fungetur vice ejus, qui mandabit non sua, non vero potest judex totam suam jurisdictionem alij committere, quia hoc esset se abdicare officio suo, quod sine Principis consensu facere nequit. *L. pen. junct. Gl. V. Abdicando, ff. de Offic. Presid.* etiam possunt causas delegare Prior, & Consules Mercatorum secundum jurisdictionem, quam ex *L. 1. tit. 4. l. 3. lib. 3. R. C.* habent: & etiam Protomedici in casibus. *L. 1. tit. 16. lib. 3. R. C.* alijs causas committere possunt. *Gonzal. in C. 3. h. t. n. 7. alios referens.* Delegatus vero regulariter subdelegare nequit. *L. 5. ff. de Jurisdic. nisi a delegante hanc potestatem accipiat, quia non habet majorem potestatem, quam quæ ipsi a delegante concessa est. Sanch. de Matr. lib. 3. D. 31. ex n. 5.* vel si sit delegatus ad universitatem causarum; nam tunc unam, vel alteram subdelegare potest, eum æquiparetur Ordinario;*

nario; *arg. C. 7. h. t. L. 5. ff. de Jurisdic.* articulus vero non jurisdictionalis, seu nudum ministerium, vel executio potest a quocumque delegato subdelegari. *C. 27. h. t.* Delegatus tamen a Papa, vel ab alio Principe potest alijs subdelegare, ob eminentiam Principis, quem repræsentat; & in hoc æquiparatur Ordinario. *C. 3. G. 28. C. fin. h. t. L. 19. tit. 4. p. 3.* ibi: *Los que son puestos por mandado del Rey, pueden poner otros en sus logares, que oyan, e libren aquellos pleytos señalados, que el Rey les encomendare; quier sean comenzados ante ellos por demanda, e por respuesta, quier non. Mas los otros delegados, a quien los Jueces Ordinarios mandan oir, e librar algunos pleytos señalados, non pueden poner otros que los libren en logar dellos, si primeramente non fueren comenzados por demanda, e por respuesta ante ellos. L. 5. C. de Jurisdic. ibi: A juades judex delegatus iudicis dandi potestatem non habet: cum ipse judiciario munere fungatur, nisi a Principe judex datus fuerit.* Non tamen poterit delegatus Principis subdelegare, si in scripto dicatur, quod cognoscat: *per se ipsum, vel personaliter*, vel si forte ob arduitatem causæ sit electa personæ industria. *C. 3. in fin. h. t.* si causæ simpliciter est duobus commissa, nulla alia clausula adjecta potest unus alteri condelegare suas vices committere, & subdelegare. *C. 6. h. t.* & tunc sententiam proferret tamquam delegatus, & subdelegatus sui Collegæ. Si causa duobus sit commissa, eum clausula: *quod si ambo interesse non possunt, alter solus procedat*, unus delegatus non tenetur subdelegatum admittere, sed potest illum per exceptionem repellere, & procedere solus. Nam ex dicta clausula constat, unum solum posse procedere, si alter nolit. *C. 34. h. t.* Subdelegatus iterum subdelegare non potest, cum nullibi hoc invenitur concessum. *Sanch. de Matr. lib. 3. D. 31. num. 9. Acoed. & alij.*

308 Omnes, qui specialiter non prohibentur, possunt Judices delegati constitui: debent tamen esse majores 20. annis. sed si 18. excesserint, si Princeps scienter ipsis commissionem dederit, censetur in atate dispensare, vel si partes in ipsis consentiant, potest fieri delegatio. *C. 14. h. t.* licet tales non possint esse arbitri compromissarii, etiam partibus consentientibus. *L. 41. ff. de Recept. qui arbitri.* & ratio disparitatis est, quia in arbitrio majus præjudicium, quam in delegatio- ne potest inferri: cum arbiter non possit

reculari, nec ab eo facile appellatur, quod secus accidit in delegato. Hæc in nostra Hispania delegatus debet habere 26. annos; nisi Princeps dispenderit, ob generalitatem. *L. 2. tit. 9. lib. 3. R. C.* abrogatis, seu declaratis. *L. 5. tit. 4. p. 3. L. 3. tit. 9. lib. 3. R. C. & ibid. Acoed. Gonz. in C. 4. h. t. n. 4.* licet aliter sentiat *Greg. Lop. ind. L. 5. V. Major.* Causæ Ecclesiasticæ, vel etiam temporales personarum Ecclesiasticarum non possunt de Jure Communi Laicis delegari, nec Clerico, & Laico. *G. 2. de Juat. C. 12. C. 18. de For. Compet.* Pontifex vero, qui supra omne jus Ecclesiasticum est, potest ex plenitudine potestatis Laico quacumque causâ Ecclesiasticâ, & spiritualibus, etiam inter Clericos controversias delegare; *arg. C. 4. de Consec. prebend. Navarr. Covarr. Barbof. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 2. n. 160. & alij com.* possunt tamen Laici de Jure Communi arbitrium ferre, & consilium dare in causâ Ecclesiasticâ. *C. 9. de arbitri.* quia in hoc nullam jurisdictionem exercent. Et hæc ratione Laici possunt esse Assessores Judicum Ecclesiasticorum, etiam in causis Ecclesiasticis, & spiritualibus. Præterea, ut quis possit esse delegatus Papæ, non solum debet de Jure Communi esse Clericus, capax jurisdictionis Ecclesiasticæ, sed insuper debet habere Ecclesiasticam Dignitatem, vel personatum, vel Canonatum in Ecclesia Cathedrali. *C. 11. de Rescript. in 6.* Principales Episcopi Officialis, & Prior Conventualis possunt esse Pontificis delegati; secus Prior Clausuralis, & Vicarius foraneus. *C. 2. de Rescript. potest tamen Pontifex causam delegare, etiam simplici Sacerdoti, vel derogando constitutioni in C. 11. de Rescript. in 6.* vel addendo clausulam *ex certa scientia*. Nam tunc in ea dispensare censetur. Delegatus Episcopi potest esse quivis Clericus, etiam simplex. *Gloss. in C. de Rescript. in 6. V. Sedis Apostolica.* Et si ipsius est subditus potest compelli ad acceptandam delegationem, juxta causâ cessante. Secus si subditus non sit; nec partes illum admittere tenentur, si nolent. *L. 17. tit. 4. p. 3.* quia præcipienti extra territorium suum, vel supra suam jurisdictionem, imponere non pareretur. *L. fin. ff. de Jurisdic.* Sed si talis delegatus acceptavit delegationem potest cogi, ut procedat. *Molin. de Jusf. & Jur. in 5. D. 16. n. 1.* quinimo, & delegatus debet cognoscere de causâ delegata intra territorium delegatis, quamvis delegans, etiam extra territorium suum exiens possit cau-

causam delegare: in territorio tamen designatum. *L. 17. tit. 4. p. 3.* Delegatus Principis potest, cum Principem repræsentet, quemcumque illius subditum cogere subdelegationem acceptare, & in delegato Papæ hæc potestas ad omnes Christi fideles ob prædictam rationem extenditur. *C. 28. b. t.* Delegati nequeunt constituï amentes, furiosi, impuberes, muti, & surdi. *C. 1. §. Tria, 3. g. 7. excommunicati. C. 24. de Re jud. infames, servi, nec foemina.*

309. Eadem causa potest pluribus simul delegari. *C. 16. b. t.* & quidem potest in solidum delegari, vel simpliciter. In solidum delegatur, quando hæc, vel similis apponitur clausula: *Ut omnes, aut duo eorum, aut etiam unus procedat. Simpliciter*, quando non constat, in solidum delegari. Si eadem causa pluribus in solidum delegatur, locus est præventioni, & alij non possunt se intramittere, quando unus cognoscere cepit, nisi infirmitate, vel alia causa impediens, non possit, aut malitiosè nolit procedere. *C. 8. b. t. in 6.* Si non in solidum, sed simpliciter causa fit delegata, & unus sine altero procedat, cum limites excedat mandati, erit processus ipso jure nullus, nisi aliter sit expressum in forma commissionis. *C. 16. C. 21. b. t. L. 39. ff. de Re judicat.* nec sufficit quod potestatum habeatur factum ab ipso. *Gloss. in C. 21. b. t. V. Tenetur*, quia quod ab initio vitiosum est tractu temporis convalescere non potest. *C. 18. de Reg. jur. in 6. L. 29. ff. eod.* Nec ille tertius potest huic juri ob favorem publicum introducere, repuntiare. *L. 38. ff. de Practic.*

310. Cum jurisdictione sit quid facti, & in quolibet territorio præsumptio, sit pro Iudice Ordinario, non præsumitur in delegato nisi probetur: ac proinde tenetur delegatus, etiam Sedis Apostolicæ, & etiam Legatus Missus, quem Hispani, dicimus *Nuncio*: litteras suæ delegationis in forma authentica coram Ordinario exhibere, & etiam partibus litigantibus: alias parere non debent, neque Ordinarius loci, vel alius exequi mandatum tenebitur. *C. 31. b. t. C. 24. de Rescripti. L. 60. tit. 4. lib. 2. R. C. nec ordinarius tenetur obedire, nec exequi sententiam, etiam Conservatoris, si conservator nolit litteras ostendere Episcopo, nec potest Episcopum excommunicare. Barbof. de Offic. Episc. alleg. 106. n. 37.* Delegatus Principis regulariter probare tenetur suam commissionem per ipsas litteras authenti-

cas. *L. 1. C. de Mandat. Princip. Parisia, Bobadill. Gonz. in C. 31. b. t. num. 1. cum alijs, nisi litigantes, & Juxta Ordinarius loci sine illis dent fidem delegato. Delegatus vero inferioris per testes potest suam commissionem probare. arg. L. 15. C. de Fid. instrum. Si Juxta delegatus sit Cardinalis illi creditur, sine litterarum exhibitione, quando delegatio in nullius tendit præjudicium. C. 3. D. 97. Gonz. in C. 31. b. t. n. 5.* Et si delegatus sciat privatum, si nesciat authentice causam sibi delegatam esse, non potest procedere ante præsentationem rescripti ipsi factam, per quam sciens, & illam acceptans, acquirit jurisdictionem. *C. 12. in ff. de Appellat. Gonz. in C. 1. b. t. n. 13.* Et hinc processus ante ipsam præsentationem factus nullus est, etiam si postea præsentatio fiat, quia factus est à non habente jurisdictionem. Facta jam præsentatione rescripti, acceptataque commissione à delegato, debet ipse accurate, & diligenter torniam rescripti servare. *C. 22. de Rescripti. L. 5. ff. Mandat.* Ita ut quidquid contra, vel extra ejus tenorem fiat, irritum sit, & inane. *C. 32. C. 37. b. t.* potest tamen delegatus se extendere ad connexa, vel accessoria. *C. 5. b. t.* potest etiam delegatus extra locum in rescripto præfixum cognoscere, si partes huic favori pro ipsis introducto renuntient. *arg. C. 11. §. In nullo, de Rescripti. in 6.* potest similiter aliquid se ultra rescriptum extendere, si hoc æquitas faveat. Nam Pontifex non censetur in suis rescriptis juri partium derogare. *arg. C. 15. b. t.* Denique potest ea omnia facere, sine quibus exequi sibi mandatam jurisdictionem nequit. *L. 2. de jurisdictione.* adeo ut cognoscat, & pronuntiet: nam sua sit jurisdictione, etiam si pars totalem defectum jurisdictionis objiciat. *C. 33. de Rescripti.* Nam cum delegatus non agat nomine proprio, sed nomine delegantis, de cujus jurisdictione non dubitatur, fundatam jurisdictionem censetur habere. Et in hoc differt ab Ordinario, qui licet possit cognoscere, an habeat jurisdictionem, quando à parte citata objicitur incompetentiâ respectu ipsius, non tamen potest cognoscere, quando ipsi objicitur totalis defectus jurisdictionis. Nam tunc eam fundatam non habet. Præterea delegatus citat partes, quas si reculant, comparere compellit. *C. 4. §. fin. C. 5. b. t.* punit omnes, etiam extraneos, qui ejus jurisdictionem retardant. *C. 1. b. t.* compellit testes ad declarandam veritatem. *L. 27. tit. 4.*

tit. 4. p. 3. & si delegatus Papæ sit, etiam punit Episcopum, ejus jurisdictionem retardantem, debet tamen ejus dignitatem in ipsa coercitione revereri. *C. 28. b. t. nisi forte aliter fieri jusserit nimia contumacia protèroitas, seu culpa, c. 2. b. t. in 6.* Licet enim Episcopus major ob suam Dignitatem, quam delegatus, sit, tamen delegatus, quia talis, cum Papæ personam representet, major Episcopo est. *C. 11. b. t. C. 28. §. Quia eod.* Etiam absolvit actorem excommunicatum ob causam ad delegatum pertinentem, si excommunicatio non est specialiter Papæ reservata. *C. 21. §. Seta b. t.* ipsi quoque actorem spoliatum potest in possessionem restituere, etiam contra reum absentem contumaciter, & malitiosè post obtentum rescriptum, secus est, si reus etiam ante obtentum rescriptum absens ex legitima causa sit: nam tunc non potest delegatus actorem spoliatum restituere. *C. 10. b. t.* Etiam cognoscit de reconventionè à reo contra actorem posita, etiam si in commissione non sit expressa. *L. 20. tit. 4. p. 3.* Quando verò aliqua poena est imponenda, si à jure statuta est, ea debet imponi, si non est expressa, arbitrio judicis infligitur. *C. 4. §. 1. b. t.* ubi latè *Gonzalez.* Debet etiam delegatus admittere probationes necessarias, & rationabiles exceptiones, frivolas verò repellere. *C. 13. b. t. C. 61. §. Porro, de Appellat.* & licet delegatus prohibuerit, exceptiones admittere, tamen potest delegatus notorias exceptiones Juris Naturalis, vel Divini admittere: quales sunt exceptiones nullitatis, incompetentiæ judicis, defectus citationis, inhabilitatis personæ ad agendum, metus, doli, confessionis partis, & aliæ hujusmodi. Debetque deserre legitimæ appellationi. *C. 3. 2. g. 6.* quia est defensio in innocentie subsidium comparata. *C. 61. §. Porro, de Appellat.* Delegatus Papæ, vel Principis non solum de causa sibi commissa cognoscit, & sententiam profert, sed sententiam à se latam exequitur. *C. 7. b. t.* Et ibid. *Gonz. l. 19. tit. 4. p. 3.* pro cujus executione tenetur annuam integram continuum numerandum à lata sententia. *C. 26. b. t.* Imò, & delegatus ab Ordinario inferiori exequitur suam sententiam, si expressè non sibi eam reservavit delegans. *Molin. de Just. & Jur. tr. 5. D. 26. n. 5. Barbof. in c. 7. b. t. & alij contra Barth. Maranf. & alios.* Et ratio horum omnium nascitur ex illa ratione generali, quam in principio proposuimus ex *L. 2. ff. de Jurisd. ibi: Cui jurisdictione data est, ea quoque*

*concessa esse videtur, sine quibus jurisdictione explicari non potuit.*

311. Delegatus Papæ suæ sententiæ executionem potest committere Ordinario, si per se, vel non possit, vel nolit eam exequi, illumque, si renuat, potest compellere censuris. *C. 7. b. t.* vel invocato, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, quod si Juxta Laicus indebitè auxilium neget, censuris compellitur. *C. 26. 23. g. 5. Molin. de Just. & Jur. tr. 5. D. 26. n. 3. Gonz. in c. 1. b. t. n. 16.* Si sententia delegati est irrita, non tenetur Juxta Ordinario eam exequi: si verò tantum sit injusta, non obstante hac injuristiæ scientia, & cognitione, debet Ordinarius sententiam exequi. *C. 28. §. Quia verò b. t.* quia inferiori, ut est Ordinarius respectu delegati, non tenetur. *C. 11. b. t.* non permittitur de superioris sententia judicare, an justa, vel injusta sit. *Arg. l. 3. C. Si advers. rem judic. nisi causa sit criminalis, & de vita innocentis agatur: quia hoc cum sit intrinsecè malum, exequi non potest.* Vel etiam si injustitia sit notoria. *C. 54. de Appellat.* quia tunc Executor, seu Ordinarius ad Superiorem id referre debet. *C. 5. de Serv. & re judic.* Vel si non sit merus Executor, sed mixtus, qui habeat aliquam cognitionem. Nam hic potest admittere exceptiones, quæ ipsam executionem impediunt, ut si impetranti solutionem opponatur compensatio. *Barb. & Gonz. in c. 28. b. t.* Quando diversæ litteræ, vel contrariæ sub eadem data impetrantur, ita ut quænam prius, quænam posterius fuerint concessæ, ignoretur, in utrumque executione superscedendum est, donec R. Pontifex Consultatur, ne pro varietate litterarum, causarum fines valeant impediri. *C. 2. b. t. l. 36. tit. 18. p. 3.* Si verò diversis temporibus sint impetrata rescripta, si posterius nullam mentionem de priori faciat, nullum est, quia censetur subreptitium. *C. 3. de Rescripti.* Et sic hi duo Textus, qui aliter contrarij apparent, conciliantur. *Gonz. in c. 2. b. t. n. 8.*

312. Omnes causæ, quæ ad jurisdictionem ordinariam delegatis spectant, & quæ expressè non prohibentur, possunt delegari. *C. 7. de Offic. Ordin. in 6. C. 2. de Offic. Vicar. in 6. l. un. C. Qui pro sua jurisd. Cum sint tales, de quibus Ordinarius possit cognoscere. *L. 17. tit. 4. p. 3.* cum possit quis pro alium, quod potest facere per se ipsum. *C. 68. de Reg. Jur. in 6.* Et juxta, ad quem est appellatum, etiam si sit Princeps, causam ad ipsum devolutam potest de Jure Canonico alteri dele-*

delegat. C. 11. de Offic. Ordin. secus de Jure Civili. *Autb. Ad hac. C. de Judic.* Etiam ea, quæ ordinis sunt valent delegari, si à delegato possunt exerceri: sic Episcopus alteri Episcopo potestatem ordinis conferendi delegat: sic Pontifex potestatem ad confirmationis Sacramentum, & Ordines Minores conferendos delegare potest, etiam simpliciter Sacerdoti. In causis, quæ ad jurisdictionem pertinent, potest delegari negotium in totum, ita ut finiat omniò à delegante, & potest, tantum delegari principium, ut citatio, vel litis contestatio. C. 28. §. 1. b. t. vel medium, ut totius causæ examinatio à lite contestata usque ad sententiam, reservata tamen sententia deleganti. C. 19. b. t. vel finis, ut sententia definitiva, reservata tamen executione. C. 27. §. Verum, b. t. l. 19. tit. 4. p. 3. Ita tamen, ut ille, cui tantum sit delegata cognitio causæ, solum possit de ea cognoscere: non verò sententiam definitivam proferre: nam delegatus præcisè habet facultatem concessam à delegante, & nullam aliam, nec ultra concessionem progredi valet. L. 5. ff. Mand. c. 22. de Rescript. Et ideo delegatus debet in causâ decisione consulere delegantem, si hac conditione causa delegetur. C. 3. b. t. De Jure Civili merum imperium, saltem quoad primum gradum, delegari non potest ab Ordinario, nam hoc Principi reservatur. L. 6. ff. de Offic. Procons. L. 1. l. fin. ff. de Offic. ejus, cui mand. est jurisd. ibi: *Mandata jurisdictione privato, etiam imperium, quod non est merum, videtur mandari, quia jurisdictione sine modica coercitione, nulla est: nisi pro casu absentiae, vel infirmitatis, vel alterius justis impedimenti.* L. 1. ff. de Offic. ejus. Idem est de jure Hispano. L. 18. tit. 4. p. 3. Et tunc solum cognitio, non verò sententia delegatur, ita ut sententia mortis à Judice Ordinario proferenda sit. L. 18. tit. 4. p. 3. ibi: *Mas los Jueces Ordinarios, después que fuesen venidos, han de ver todo lo que pasó ante los Delegados, è dar la sentencia, segun entendieren, que lo deben hacer con derecho.* Et quamvis de Jure Canonico has causas delegari non posse, teneant Covar. 3. var. cap. 20. n. 4. Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 74. n. 45. & alij, tamen dicendum est, quod talis delegatio fieri potest. C. 2. de Offic. Vicar. in 6. C. 7. de Offic. Ordin. in 6. Glos. in c. 10. de Offic. Ordin. v. Committere. Molin. de Just. & Jur. tr. 5. D. 17. n. 4. & alij. Imò, & à delegato Principis, secus ab alio, possunt subdelegari tales causæ. Arg. c. fin.

§. fin. b. t. Gonz. in c. 28. b. t. n. 8. cum alijs contra Julium Clar. Menoch. & alios. Aliquæ tamen causæ sunt, ita Supremo Principi reservatæ, ut alijs delegari non valeant, vel non soleant. Sic Summo Pontifici reservantur causæ majores Ecclesie, quales sunt, controversias fidei authentice definire, Concilium Generale congregare, impedimenta matrimonij dirimentia statuere, Laicis spiritalia concedere, & alia hujusmodi. C. 3. de Baptism. Jurisdictione voluntaria ad merum, vel mixtum imperium pertinens, quæ ratione Officij, vel Dignitatis alicui conceditur, & perpetuò illi annexa est, potest delegari: quia ut jurisdictione ordinaria consideratur. Sic Episcopus potest alteri delegare facultatem dispensandi in impedimentis dirimentibus matrimonium, vel dispensandi in Lege Superioris, ut in observatione jejunii, vel festorum, & in alijs casibus, qui secundum Jus Commune Pontifici reservantur, & solum Episcopis competunt ratione imminentes necessitatis, quia non est ad Pontificem recursus. Arg. c. fin. de Offic. Ordin. Et ibid. Glos. v. Casibus, nisi res sit magni momenti, vel specialiter committatur Prælato ob ejus auctoritatem. Sic Episcopus solum potest suo Vicario delegare potestatem conferendi beneficia. Sanch. de Matrim. lib. 2. D. 40. ex n. 13. plures citans contra alios ibid. Nec probat contrarium. Text. in c. fin. §. fin. b. t. Nam ibi agitur de nudo ministerio persona commisso, ut ex eod. Text. constat tibi: *Ceterum (salva Legatorum Sedis Apostolica auctoritate) nulli, cui commissum fuerit predicare crucem, excommunicare, vel absolovere aliquos, dispensare cum irregularibus, vel injungere pœnitentias, liceat hac de cetero alijs demandare: quia non sibi jurisdictione, sed certum ministerium potius committitur in hac parte.* Secus est in nostro casu: nam talis jurisdictione ex privilegio perpetuo, alicui competens, censetur ordinaria: Nec obstat. Tria. sess. 24. de Res. cap. 6. ubi concedens Episcopis casus Papales occultos dicit: *per se, vel per Vicarium:* nam hoc donat, tales casus non comprehendendi in generali Vicariatus commissione: minime verò, non posse alteri delegari: sic Sanch. & alij.

313 Officium, & jurisdictione Judicis delegati finitur. 1. Morte ipsius delegati, etiam reintegra. Arg. l. 57. ff. Mandat. Et quidem si reintegra, plures simpliciter, & sine clausula sint delegati, minus obitu reliquorum expirat officium, quia

omnes pro uno habentur. C. 30. c. 42. b. t. si verò delegatio facta sit sub nomine dignitatis, aut officij, non verò ratione personæ: v. gr. quando in commissione dicitur: *Committimus causam Archiepiscopo Manilensi,* tunc delegatio ad successorem in Dignitate transmittitur: quia magis inspicitur Dignitas, quàm persona. Et hoc tenet etiam res sit integra, quia Dignitas perpetua est. C. 14. b. t. Et ibid. Barb. & Gonz. L. 47. tit. 18. p. 1. Et hac ratione, si delegatus amittat Dignitatem, ratione cujus fuit facta delegatio, hæc sequendo Dignitatem, transit ad successorem: quando verò delegatio est facta personæ, etiam si haberit Dignitatem tempore commissionis factæ, ut requiritur ex C. 11. de Rescript. in 6. etsi postea tempore præsentationis tali Dignitate careat, de causa delegata potest cognoscere. Et regula Text. in C. 73. de Reg. jur. in 6. ibi: *Factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat, à quo non potuit inchoari:* nisi forte delegatus habeat statum incompatibilem cum delegatione: v. gr. si matrimonium contraxit, vel Religionem est professus, vel si in poenam delicti sit officio, vel Dignitate privatus; nam in his casibus non potest delegatus de causa delegata cognoscere; arg. L. 2. ff. de Senator. Sanch. de Matr. lib. 8. D. 27. ex n. 22. 314 2. Per mortem naturalem, vel civilem delegantis publice notam finitur jurisdictione delegati, si res sit adhuc integra. C. 30. b. t. nam ut dicitur in C. 6. b. t. in 6. *Cum jurisdictione, ex quo ipsa usus non existit, non censetur in eum efficaciter transisse.* Et hoc habet locum, si delegatio facta sit à persona, secus si à Lege, vel Dignitate facta sit: v. gr. à Sede Apostolica: quia nec Dignitas, nec Lex moritur. C. 5. de Rescript. in 6. Ut res non integra dicatur, sufficit citatio partis: imò & quod Decretum citationis sit expeditum, etsi nondum parti sit intimatum. C. 20. b. t. ibi: *Proposito citationis edicto: nec requiritur litis contestatio, ut causa incepta dicatur.* Nam in C. 19. b. t. ex quo videtur probari, esse necessariam contestationem, Pontifex se accommodavit ad casum ibidem propositum, in quo litis erat contestata ante mortem delegantis: quare, cum ibi dicitur: non esse à Judicibus procedendum; si ante litis contestationem delegans decessit, supplendum est, quod maxime tunc non est procedendum: quia tunc jam res non erat integra, non tamen excludit, quod per citationem res jam non sit integra, ut sic videtur correctio ju-

rium in C. 19. c. 20. b. t. & sic supplet Greg. Lop. L. 21. tit. 4. p. 3. ut conformetur L. 35. tit. 18. p. 3. ubi expressè dicitur: *Ca muriendo alguno de estos, non debe valer la Carta, si el pleyto no es comenzado à lo menos por emplazamiento.* Et hanc sententiam tenent Glos. in C. 27. §. Si verò, b. t. Barb. in C. 20. b. t. n. 3. Sanch. de Matrim. lib. 8. D. 28. n. 10. & alij, contra Arellan. lib. 1. Antinom. 9. Gonz. in C. 20. b. t. n. 4. & alios, qui contestationem litis requirunt. Et etiam contra alios, qui in hoc differentiam inter Jus Canonicum, & Civile constituunt: quin etiam contra alios, qui hos textus inter se irreconciliabiles credunt; ac proinde tenent Text. in c. 19. corrigi per C. 20. Hinc non sufficit sola subdelegatio facta à delegato: esse obitum delegantis, ut causa non integra censetur, & videatur perpetuata jurisdictione delegati. Arg. c. pen. b. t. in 6. Sanch. de Matr. lib. 8. D. 28. n. 18. neque alia preparatio ad judicium præcedens citationem: v. g. præsentare rescriptum, vocare Notarium, & vel testes, præcipere ut citatio fiat. Ipsi enim actus non sunt proprii judiciales, eum sine causa cognitione, & extra territorium possint fieri. Etiam per mortem civilem delegantis finitur delegati jurisdictione, sicut morte naturali finitur. L. 21. tit. 4. p. 3. ibi: *La tercera è, si muere, è pierde el oficio aquel, que mandò oir el pleyto.* Mors enim civilis intelligitur, quando delegans amittit jurisdictionem: tunc enim jurisdictione delegati etiam finitur: nam resoluta jure dantis resolvitur jus accipientis: debet verò tam mors naturalis, quàm civilis delegantis esse publice nota in loco, ubi delegatus jurisdictionem exercet: alias valent acta delegati ob communem errorem, & titulum coloratum; arg. L. 3. ff. de Offic. Prætor. Si verò delegatus subdelegavit, cum jurisdictione potius à delegante, quàm à subdelegante provenire censetur; solum per mortem primi delegantis expirabit jurisdictione, re adhuc integra quoad delegatum, & subdelegatum; secus aliter. Nam si delegatus, vel etiam subdelegatus uti cœperat jurisdictione, etiam si primus delegans moriatur, cum jam per talem usum sit jurisdictione radicata in delegato, vel subdelegato: hæc per consequens perpetuatur. C. pen. b. t. in 6. Latè Sanch. de Matrim. lib. 8. D. 28. ex n. 35. Rescripta gratia, quæ à Principe conceduntur absolute, non expirant morte concedentis, licet res adhuc integra sit; quia beneficium Principis decet esse mansurum. C. 16. de Reg. jur.

in 6. v. gr. si alicui concedatur beneficia conferre, nulla persona expressa: si vero committatur gratia mandatario facienda, v. gr. quod Titio conferatur beneficium, vel cum illo dispensetur: re adhuc integra, concedentis morte expirat prædicta gratia. *C. 36. de Præbend. in 6.* si gratia est facta, hoc est perfectè concessa ei, in cuius favorem datur, independentè ab illo, cui exequenda committitur, etiam si nondum sit executioni mandata: imò ne quidem acceptata ante mortem concedentis, per ipsius mortem non expirat. Sicque Executores designati à concedente, debent eam exequi post mortem concedentis, etiam si cum aliqua causâ cognitione demandata sit. *C. 9. h. t. in 6.* Simulter dicendum est, si à Papa beneficium conferatur alicui, cum commissione ad Ordinarium, ut ipsi conferat beneficium vacans, aut proximè vacaturum. Vel dispenset, cum aliquo, committat tamen Ordinario preces examinandas: quia jam est gratia facta. De quibus late *Sanch. de Matr. lib. 8. D. 28. ex n. 43.*

315. 3. Finitur delegati iurisdictionis morte illius, qui erat ex relicto conveniendus. *C. 36. de Rescript.* nisi ante ejus mortem lis cum ipso erat contestata, vel erat conveniendus ratione Dignitatis. *C. 14. h. t. 4.* Finitur talis iurisdictionis per prolationem sententiæ, & ejus executionem, si illam per se executioni mandavit delegatus, vel alteri exequendam commisit. *C. 9. h. t.* quia jam suo officio omninò functus est: Nec potest absque novo mandato in illa causâ procedere, nec sententiam emendare, etiam si malè, imò & si nulliter iudicasset; *arg. C. 37. §. Si verò, de Elect. in 6.* quamvis Judex Ordinarius, qui nulliter pronuntiavit sententiam, possit eam revocare, aliamque pronuntiare. *L. 19. ff. de Appellat.* Et ratio disparitatis est: quia Judex Ordinarius habet iurisdictionem magis radicatam, & stabilem, quàm etiam post sententiam, in radice, & habitu retinet: quod secus est in delegato: nisi forte actus sit extrajudicialis, vel si sententia fuit nulla ob non servatam mandati formam: nam tunc non censetur suo officio, vel iurisdictione usus; *arg. L. 21. ff. de Recept.* vel si ad univèrsitatem causarum sit delegatus: nam cum tunc Ordinarius equiparetur, potest, sicut ille, sententiam revocare: & aliter pronuntiare. 5. Delegati officium cessat, finito negotio per translationem, vel alio modo, vel si ipse subdelegavit totaliter potestatem sibi commissam: Nam tunc censetur functus suo

officio: cum enim iurisdictionem se abdicasset; non potest iurisdictionem de iuris revocare, nisi res adhuc sit integra: nam tunc causam, etiam si in totum subdelegasset illam, reasumere potest. *C. 6. h. t. in 6.* Si vero alteri nudum ministerium commisit, non censetur se iurisdictionem abdicasse, sed potest revocare commissionem, & per se illam exequi, etiam si Commiliarius jam eam exequi coepisset. *C. 7. h. t. 6.* Cessat, si delegatus pronuntiavit bonè, vel malè, sibi nullam iurisdictionem in causâ delegata competere. *C. 38. h. t.* functus est enim officio suo: nec potest iurisdictionem reasumere, etiam si partes in hoc consentiant: quia ipse nequeunt iurisdictionem dare. *L. 3. C. de Jurisdic.* non tamen extinguitur, si tantum in questione indicente pronuntiavit, sibi iurisdictionem non competere: vel si à tali sententia fuisset appellatum; nam per appellationem habetur sententia, ac si lata non fuisset.

316. 7. Finitur delegati officium lapsu temporis præfixi: sed quia regulariter terminus in favorem partium statuitur, potest hic communi illarum consensu, suo juri renuntiando, prorogari. *C. 4. h. t.* fecus est, si ob favorem publicum sit præfixus, vel si à delegante prohibeatur prorogatio. 8. Finitur revocatione expressâ, vel tacita Ordinarij delegantis, etiam si delegatus jam coepisset uti iurisdictione sibi commissa. *Glos. in L. 58. ff. de Judic. Molin. de Just. & Jur. tr. 2. D. 552.* Denique delegati iurisdictionis finitur, si ipse à partibus recusetur: ita ut semel ac recusatus est, non possit ipse procedere: advertendum tamen est, quod si delegatus Papæ recusetur, quando adhuc non est proposita recusatio potest in totum causam subdelegare. Si jam est recusatò proposita, sed nondum pronuntiatum est super ea, potest subdelegare, consentiente recusatore. Si jam pronuntiatum est, illum esse suspectum, nec consentiente recusatore potest subdelegare. *C. 5. h. t. in 6.* Si delegatus Papæ recusetur, & habeat alios condelegatos cum clausula: *Quod si non omnes possint, unus eorum in causa procedat*, eorum condelegato non recusatò expeditur, & probatur causa recusatònis: quia ad ipsum vi prædictæ clausulæ ipsius cognitio pertinet. Si solus ipse sit delegatus, & causa sit notoria, & expressa in jure delegationem dimittet. Si causa est manifestè trivola, & injusta, potest recusatorem rejicere. Si dubia sit, ex consensu partium arbitri eligendi sunt, qui

de causa recusatònis cognoscant per potestatem ipsis à jure concessam: & Judex recusatò compellet arbitros in unam sententiam convenire, vel ut concordet tertium advocat cum quo duo, vel alter eorum id faciat; ne hujusmodi occasione principale negotium plus debito prorogetur. *C. 39. h. t.* Si delegatus sit ab Episcopo, vel alio Judice inferiori, tunc ad ipsum delegantem recurrendum est, ut de causa recusatònis cognoscatur: idem est, si Officialis Episcopi recusetur, licet non appelletur ab Officiali ad Episcopum. *C. 4. h. t. in 6.* de Jure Civili non requiritur, quod exprimat, nec probetur causa recusatònis: Et idem est de Jure Hispano. *L. 22. tit. 4. p. 3. ibi: E despuex que lo oviera asi dicho, è jurado (scilicet, que lo non dice maliciosamente por alongar el pleyto, mas porque ha miedo è sospecha del juez.) non se debe el Judgador apremiar de responder antel, maguer non le diga por que razón lo ha por sospecho.* Hodie tamen de Jure Hispano idem ac in recusatòne Ordinarij servatur in recusatòne Judicis delegati. Et quidem Judex recusatò in Foro Seculari non remouetur à causâ cognitione, ipse tamen recusatò assumet sibi associatum, seu associatos ad procedendum in causâ, prout præscribitur in *L. 1. tit. 16. lib. 4. R. C.* Et ibid. *Accevedo.*

317. Proxima recusatònis est appellatio, ac proinde dicere oportet, quid faciendum, quando Judex delegatus in sua sententia aliquem gravat: tunc enim à delegato ad ipsum delegantem appellandum est: vel ad ejus successorè in officio, vel Dignitate, non ad Superiorem illum. *L. 21. §. 1. ff. h. t.* Nam causa debet redire ad illum, in quo iurisdictionis radicata est: ut in delegante invenitur: etiam si totam causam delegasset. Quod si delegatus alteri subdelegavit, ita ut non delegasset in totum, sed iurisdictionem adhuc retineat, tunc ob rationem dictam ad ipsum subdelegantem à subdelegato appellandum est. *C. 7. C. 14. h. t. in 6.* Si verò in totum causam subdelegavit, cum in eo nulla maneat iurisdictionis, necesse est, ascendere ad primum delegantem, subdelegante omisso. *C. 27. §. Porro, h. t.* Etiam ad ipsum primum delegantem recurrendum est, si subdelegatus mortuus, vel excommunicatus, vel aliter impeditus sit, etiam si subdelegans non in totum subdelegasset. *C. 10. h. t. in 6.* Si unus ex duobus delegatus Principis, cum clausula: *Appellatiòne remota.* Subdelegat alteri ac-

ceptanti, non potest acceptans subdelegare, nec appellatiòne remota procedere, quod tamen poterat ante acceptatiònem: Esti ab isto fuerit appellandum, ad Papam appellabitur, etiam si non in totum fuerit subdelegatus. *C. 27. §. Si verò, h. t.* Si duo ex tribus à Sede Apostolica delegatis, duobus alijs, non in totum subdelegaverint vires suas, ipseque subdelegati cum tertio delegato in causa delegata procefferint, si appelletur ab ipsis, non ad condelegatos, sed ad primum delegantem tantummodo appellari debet. *C. 3. h. t. in 6.* Quando verò Ordinarius causam delegat, quia suspectus est, tunc à delegato non ad ipsum delegantem appellatur, ne una via fiat, quod alia vitari intenditur: sed tunc ad immediatum Ordinarij Superiorem recurritur, & appellatur. *Molin. de Just. & Jur. tr. 2. D. 553.*

318. Alij Judices delegati dantur, qui Conservatores dicuntur. Conservator ergo lex Judex delegatus à Papa ad aliquem tuendum contra manifestas injurias, seu violentias, non solum Juras, sed etiam inferendas. Et quidem procedit etiam profereudo sententiam excommunicationis in eos, qui eas commiserint, non tamen utens judiciali indagine. Ita ex *C. 1. & fin. h. t. in 6.* asserunt *Barbos. de Offic. Episc. alleg. 106. & com. DD.* Conservator non potest subconservatorem deputare, in quo differt ab alijs Principis delegatis: Quia Conservatore solum appellatur ad Papam, minime verò ad ejus Legatum, nisi hoc expressè Legato concedatur. Nostri Societati est concessum à *S. Pio V. & Greg. XIII.* ut Judices per ipsam in Conservatores eligendi sint Judices Ordinarij. *Molin. de Just. & Jur. tr. 5. D. 29. n. 1.* ac proinde possunt subdelegare suam iurisdictionem. *C. 7. de Offic. Ordin. in 6.* De Jure Communi solum possunt Conservatores deputari Episcopi, aut eorum Superiores Abbates, vel obviennes Dignitates, seu Personatus in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesijs. *C. fin. h. t. in 6.* non vero Canonici simplices, nec Superiores Locales Mendicantium, nec Vicarius Generalis, (& in hoc differunt Conservatores ab alijs Judicibus à Papa delegatis) debent tamen esse in altero juriurium Graduat, vel si tales non sint, Graduatum debent in Consulorem assumere. *Ex Bull. Leon. X. Regimini. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 106. n. 15.* Nullus deputatus sibi Conservatoris esse valet Conservator, nec aliquis, Regibus, & Reginis exceptis, potest Conservatorem habere, qui

sub ipsius jurisdictione Ecclesiastica, vel temporalis sit. Conservatores extra Civitates, vel Dioceses, in quibus fuerint deputati contra quoscunque procedere, aut aliquos ultra unam diœtam a sine Diocessum eorumdem trahere non presumant. Vices quoque suas (citationibus, sententiarum denuntiationibus dumtaxat exceptis, quas per alios valent exercere) nulli committere possunt, nisi hoc eis competierit ex beneficio litterarum: sed ne tunc nisi intra Civitates, seu Dioceses, in quibus deputati fuerint, & personis tantum, que superius sunt expresse (hoc est, illa persona, que possunt in Conservatores eligi) C. fin. b. t. in 6. Ordines Mendicantes sive actores sint, sive rei in causis Criminalibus, seu Civilibus, seu mixtis, vel notum non solum assignatos in C. fin. b. t. in 6. in Conservatores eligere, sed etiam Canonicos Cathedralis Ecclesiæ, & Vicarios Generales Episcoporum, possuntque procedere sine strepitu iudicii, non solum in causis manifestis, sed etiam in his, quæ iudicalem cognitionem requirunt, & ultra unam diœtam, non tamen ultra tres diœtas extra Provinciam possunt partes citare, alijque suas vices committere, nec eorum iudicium morte concedentis expirat, quoad negotia nondum cepta. Imò & futura tantum. Nam talis delegatus in favorem Religionum est perpetua. Barb. de Offic. Episc. alleg. 106. n. 51.

319 Conservatores attento Jure Communi in C. fin. b. t. in 6. & scilicet specialibus concessionibus, solum possunt procedere contra injurias, seu violentias manifestas, non requirentes iudicalem cognitionem. Hinc, ut conservator possit procedere, debet ante omnia ipsi constare, violentiam, seu injuriam esse notoriam, & manifestam. Si verò reus factus factum, & qualitatem ipsius notoriam fuisse: tunc etiam sive in rei veritate tale sit, sive non, semper processus validus erit: nam sufficit partis confessio, ut per illam aliquid notorium dicatur, & de notorietate appareat. Si Conservator dubitet de qualitate notorii, debet ante omnia examinare summarie; an violentia, seu injuria, de qua agitur, sit notoria? Etiam si reus taceat, nec asserimet, & nec negat. Nam debet Judex suam jurisdictionem fundare, ut si notoria sit injuria, procedat; alias pronuntiet, se incompetentem. Si de alijs, quam de manifestis injurijs, & violentijs scierint cognoscant, (secus si per ignorantiam etiam crastinam) seu ad alia, quæ iudicalem indaginem

exigunt, suam extendat potestatem, eo ipso per unum annum ab officio erit suspensus: & quidem non solum ab officio Conservatoris, sed ab officio Clericali: non tamen erit a beneficio suspensus. Pars verò, quæ hoc fieri procuravit in iudicio, & quidem effectu securo, sententiam excommunicationis incurrit, à qua non potest absolvi, nisi ei quem sic statuitur indebitè, prius satisfaciatur integraliter de expensis: Et processus, & sententia nullius momenti erunt ipso jure. C. fin. b. t. in 6. potest tamen talis excommunicatus ab Ordinario absolvi, cum non sit absolutio reservata. Barbos. de Offic. Episcop. alleg. 106. ex n. 47. Notorium, & manifestum, ut possit Conservator procedere, dicitur illud, quod omnibus, vel pluribus Civitatis, vel viciniae notum, & manifestum est. C. 15. de Purgat. Canon. At verò ad probandum factum notorium esse, sufficit, quod duo testes legitime de notorietate deponant, & de iura depositione rationem reddant: nec requiritur, quod omnes testificentur: qui alias ad notorium efficiendum requiruntur. Conservatores debent procedere simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, sine strepitu, & figura iudicii: debent tamen citare partes, & sententiam proferre. C. fin. b. t. in 6. Si Conservator suspectus sit potest recusari. Trid. sess. 14. de Ref. cap. 5. Cevallos Com. q. 897. n. 779. Et ab eius sententia appellatur, non solum quando factum est notorium notorietate juris, sed etiam quando tale est notorietate facti. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 106. ex n. 32. Conservatores itidem possunt contra inobedientes, & contumaces per cenituras, & alia remedia procedere. Et etiam ad executionem demandata sibi negotij brachium Seculare implorare. Acoed. in L. 15. tit. 1. lib. 4. R. C. n. 3. De modo procedendi adversus Episcopos, sic Alex. IV. statuit in C. 2. b. t. in 6. ibi: Ita, quod eis (quodam condigna reverentia supportatis) ingressus primo ipsis Ecclesia, vel Sacerdotale interdicitur ministerium, ac deinde ab officio suspendantur, & subsequenter aggravetur Censura Ecclesiastica contra eos, nisi forte aliter fieri suaserit nimia contumacia protervitas, sive culpa.

320 Circa Conservatores Trid. sess. 14. de Ref. cap. 5. decernit, litteras Conservatorias concessas singulis personis cuiuscunque Dignitatis, vel conditionis, etiam si Capitulum sit, & cum quibuscumque clausulis, aut Decretis non habere locum in causis Criminalibus, seu mixtis ex Criminalibus scilicet,

et, & civilibus, sed tantum in civilibus, & in istis, ubi persona, quibus concessa sunt, non actores, sed rei sint. Nec potest ullus summum litterarum beneficio ultra quinque annos gaudere, nec Conservatores possunt illum habere Tribunal erectum. In causis verò mercedum, aut miserabilium personarum hujus Sanctæ Synodi super hoc Decretum in suo robore permaneat. Universitates autem Generales, ac Collegia Doctorum, seu Scholarium, & Regularia loca, necnon Hospitalia actus hospitalitatem servantia, ac Universitatem, Collegiorum, locorum, & Hospitalium hujusmodi persona in presenti Canone minime comprehensa, sed exempta omnino sint, & esse intelligantur. Etiam decernit, quod quando Conservator est suspectus, aut siqua inter ipsos Judices Conservatorem, & Ordinarium controversia super competentia jurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros in forma juris electos super suspicione, aut jurisdictionis competentia fuerit iudicatum. De his omnibus late Barbos. de Offic. Episc. alleg. 106. ubi asserit Constitutiones Clem. VIII. & Greg. XV. circa Conservatorias Regularium Scholasticus Salmastinus, Hispanæ: Maestre Escuela ultra jurisdictionem ordinariam Pontificiam, & Regiam, quam habet in Scholasticis illius Universitatis etiam est Judex Conservator: Et hac ratione habet amplissimam jurisdictionem, non solum pro notorijs violentijs, sed pro quacunque causa juxta concordata, quæ constant Ex l. 18. tit. 7. lib. 1. R. C. Escobar de Pontif. & Reg. Jurisd. cap. 40. Mená. de Jur. Académ. lib. 1. ex n. 167. Et ex num. 507. In nostra Hispania specialiter est decretum, quod Conservatores Religionum, vel aliarum personarum Ecclesiasticarum tantum cognoscant de violentijs, & injurijs notorijs, & manifestis, quæ fiunt contra predictas personas, & quod excellis talium iudicium in hoc puncto amissione temporalitatum puniatur. Nec possunt cognoscere de causis profanis, nec inter Laicos. L. 1. l. 2. l. 3. tit. 8. lib. 1. R. C. idem jubetur in Indijs, & præcipue quod observetur Decretum. Trid. sess. 14. de Ref. cap. 5. nec possunt eligi à Religiosis conservatores contra personas Episcoporum, & Archiepiscoporum; & hoc debet à Cancellarijs Regijs impediri. L. 16. l. 17. l. 18. tit. 10. lib. 1. R. Ind. Aliquando possunt compelli Religiosi Conservatores eligere in his Provincijs, quando scilicet, non datur Judex, qui de

caulis ab actore contra ipsos propositi cognoscere valeat ratione suarum exemptionum: nec possunt eligere, ut fortè olim in Conservatores Priores, vel Guardianos, Ordinum Mendicantium, sed debent eligere Clericos Sæculares in Dignitate constitutos. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 16. ex n. 15. Solorz. Polit. Ind. lib. 4. cap. 26. f. 736. Audiamus demum, l. 17. tit. 10. lib. 1. R. Ind. Por quanto es preciso, que para poder usar los Religiosos de las Ordenes de aquellas Provincias de qualesquier Privilgios, y Bulas de Conservatorias, presenten primero ante nuestras Reales Audiencias los motivos, y causas, que les obligan a nombrar Juces Conservadores, para que vislas, y examinadas, las aprueben, o no consentan usar de ellas: &c.

## TIT. XXX.

## De Officio Legati.

320 Legatus à legando, seu legendò dictus est, quasi prius lectus, & electus sit ad negotia publica; peregrinè, & autoritate publica pertractanda: siquidem jam olim à Principe ad Principem, vel à Republica ad Rempublicam ad negotia pacis, & belli expedienda mittebantur, & eorum persona nec ab hostibus ladi, nec vulnerari poterant, teste Pomponio in l. fin. ff. de Legation. ibi: Si quis Legatum hostium pulsasset, contra sua Gentium id commissum esse existimatur: quia Sancti habentur Legati. L. 9. tit. 25. p. 7. c. 9. D. 1. imò, & ipsius honor, & reverentia debetur ob Principem, quem representant. L. 25. tit. 18. p. 3. & injuria ipsis facta ipsorum Principi facta censetur. C. 15. 2. q. 7. Solorz. de Jur. Indiar. t. 1. lib. 2. cap. 20. n. 27. Gonz. in c. 1. b. t. n. 4. Legatus Apostolicus est, qui à Pontifice in aliquam Provinciam mittitur, vel ad aliquod nudum ministerium sine jurisdictione, v. g. ad foedus ineundum, vel cum jurisdictione: & tunc tantum Judices, ordinariæque jurisdictionem obtinent. Et cum eorum potestas maxime pendeat ex litteris hæc commissionis, vel mandati, & cum hæc delegatio sit quæ facti, quæ non presumitur, nisi probetur, non creditur Legatis, nisi exhibeant litteras, & mandatum. C. 18. D. 63. C. fin. D. 97. C. 41. de Offic. deleg. Nam licet sint Judices Ordinarij, sunt tamen superinducti; & odiosi, cum sint in præjudicium Ordinariorum illius Provincie. Et sic de

de Legatis in nostram Hispaniam missis, quos *Nuncios* appellamus habetur post. *Tit. 8. lib. 1. R.C. n. 9.* ibi: *Los Nuncios presenten las facultades, y el Consejo les dá la restricción para el uso de ellas, segun se declaró por Auto proveydo por el Consejo en 22. de Diciembre de 1564. Parej. de Instrum. edit. Gonz. in c. 31. de Offic. deleg. n. 5.* si Legatus sit Cardinalis, & de hoc constet, si creditur ex bono, & æquo, quoad ea, quæ generali officio Legati continentur; quia Cardinales non solent à Curia, nisi ad legationem exire: non tamen creditur quoad ea, quæ in tertio præjudicium ecedunt, vel quæ specialiter commissionem requirunt. *Barbof. de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 4. n. 63. Gonz. in c. 31. de Offic. deleg. n. 5.* in nostra tamen Hispania Legatus etiam Cardinalis litteras Apostolicas suæ commissionis Regio Senatui præsentat, & ibidem examinatur. *Covar. Præf. 49. 10. c. 35. n. 4. Machad. in Sum. lib. 4. p. 7. tr. 2. doc. 3.* in quo ipsis non fit injuria cum ita jam consuetudine servetur. Legati sunt in triplici differentia: nam vel sunt *Legati à Latere*, vel *Missi*, vel *Nati*. *L. 23. tit. 9. p. 1. Legati à Latere* dicuntur, quando sic missi, sunt Cardinales; quia quasi à latere, seu Senatu Pontificis mittuntur. *C. 11. 2. g. 6.* Hi enim quam primo territorium, ubi Papa residet, egrediuntur, insignibus suo munere competentibus utuntur: scilicet veste purpurea, cum veste linea, seu byssina superiori, Palafredo, seu equo albo phalerato, fræno, & calcaribus deauratis. *C. 23. de Privileg. Et ibid. Hostiens. Abbas, & alij cum Barbof. de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 5. n. 22.* Et ab eodem tempore voluntariam jurisdictionem exercent, ut de Proconsule dicitur in *l. 1. ff. de Offic. Proconsul. Et ibid. Gotif. l. 23. tit. 9. p. 1.* ibi: *E los primeros son los que embia el Papa de aquellos que vienen con él, assi como los Cardenales, que son parte de su cuerpo, è estos pueden absolver à los que son descomulgados porque metieron manos iradas en Clerigo, è en otro home, è muger de Religion, è esto pueden hacer tambien en yendo à aquellas Provincias, donde los embia el Papa, como quando en ellas fueren, è aun quando se tornaren, fasta que lleguen à la Corte.* Extra Provinciam tamen non exercent jurisdictionem contentiosam. *L. 1. ff. de Offic. Proconsul.* Legatus verò, cui est commissa legatio in diversis Provinciis potest in una cognoscere de causis emergentibus in alia. *C. 7. b. t. & ibid. Gonz. n. 4. cum alijs.* Cum supraddictis insignibus Civitates processionaliter ingrediuntur

sub baldachino, seu pallio, Populum, & Clero ipsos solemniter deducuntur. Archiepiscopi, & alij Legati minores deferunt Crucem, quæ ante ipsos solet deferri. *Barbof. de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 5. ex n. 18.* & ipsi Legati à Latere Crucem per totam suam Provinciam deferunt. *Gonz. in c. 1. b. t. n. 6.*

Legati *missi*, qui Nuntij Apostolici dicuntur, sunt quando mittuntur qui Cardinales non sunt. Tales sunt, qui resident in Hispania, Gallia, & Germania: olim *Apoerisarij* Græcè dicebantur quasi *Secretarij* Latine. *C. 12. D. 16.* potestque mitti Subdiaconus. *C. 1. D. 94.* vel quicumque idoneus Pontifici videatur. Sed regulariter eliguntur Prælati, de quorum prudentia, & alijs paribus satis constar. Nuntij Hispaniæ solent mitti cum potestate Legatorum à Latere, sed simul restringitur facultas in collatione beneficiorum. *Garc. de Benef. p. 5. cap. 3. ex n. 83.* Legati *Nati* sunt illi, qui obtinent Dignitatem, vel Prælaturam, cui perpetuo munus Legati annexum est. Tales sunt Archiepiscopus Cantuariensis. *C. 1. b. t. Eboracensis. C. 1. de Appellation. & alij.* Ille verò, cui à Pontifice aliqua Civitas, vel Provincia Ecclesiæ committitur gubernanda, Gubernator dicitur. Si tamen ad minora negotia, vel ad certam causam terminandam quis mittatur, dicitur *Commissarius* Apostolicus. Prædictis Legatis in Provinciis, ad quas mittuntur; committitur Legationis officium, ut ibidem evellant, & disipent, & adificent, & plantent, scilicet, Principes, & Populos in fide conservando, vitia, & peccata corrigendo. Suntque tamquam Proconsules, atque Præsides jurisdictionem ordinariam habentes: & quidem Episcopi, & Archiepiscopi ipsarum Provinciarum Superiorem: possuntque statuta concedere, quæ, etiam Legatione finita, perseverant. *C. fin. b. t.* Et tamquam Ordinarij in suis Provinciis possunt audire, & cognoscere causas Provincialium ad ipsos devolutas, ita tamen, ut in prima instantia non adeantur, nisi pro causis eis specialiter delegatis. *Trid. Sess. 24. de Ref. cap. 20.* quo Decretum manet abrogatum. *Text. in C. 1. b. t.* ubi dicitur, quod Legatus Papæ etiam per simplicem querelam potest adiri. In appellationibus ad eos interpolatis, & in inhibitionibus concedendis debent servare formam, & tenorem Jure Communi statutum, in *c. 3. de Appellat. in 6.* Et ita expresse statuitur in *Trid. Sess. 22. de Ref. cap. 7.* possunt inflicere examen

super causa electionis Episcopi, non ut de ea cognoscant, sed ut ad Papam mittant. *C. 4. b. t.* Item causas alteri habentis Dignitatem, juxta *C. 11. de Rescript. in 6.* possunt delegare. Et delegati jurisdictione, si præcessit saltem citatio, durat, etiam potestate Legati finita, mortuo, vel revocato Legato. Sed si tunc non præcessit citatio expirabit delegati jurisdictione per mortem, vel revocationem Legati. *C. fin. b. t.* Denique omnia possunt facere, quæ Ordinarij, sive Episcopi in sua Diocesi, vel Archiepiscopi in sua Provincia competunt: imò & omnia, quæ potest Papa, & ipsi possunt: exceptis illis, quæ speciali mandato indigent, vel quæ Papa sibi reservavit. Hinc non possunt conferre Cathedralis, vel Collegiatis, vel Regularibus Ecclesiis, nec Dignitates Ecclesiarum Cathedralium majores post Episcopos, quæ per electionem conferuntur. *C. 4. b. t. in 6.* Nec possunt Episcopos transferre. *C. 3. b. t.* nec duos Episcopos unire, nec unum in duos dividere, nec unum alteri subicere, nec Primatem constituere. *C. 4. b. t.* nec ad se trahere causam alteri à Papa delegatam, nec se illi ingerere, nisi ut justam sententiam confirmet, vel exequantur. *C. 2. b. t.* nec restituere aliquem adversus sententiam delegati Papæ, vel Principis; *arg. l. 3. C. Si adversus rem judic.* nec admittere appellationem à sententia talis delegati, cum hic in causa sibi commissa sit major Legato. *C. 11. de Offic. Delegat.* nec de causa ad Papam relata cognoscere valent, quia post talem relationem tanquam non Judices habentur, eorumque manus ligatæ manent. *C. 5. b. t.* Nec possunt conferre beneficia reservata, etiam in sex mensibus alternativè Episcopi eam habentis. Et etiam ipsi concessa sit facultas conferendi beneficia qualitercumque vacantia, non possunt conferre beneficia reservata, sive generaliter, sive specialiter; imò etiam habent facultatem conferendi beneficia reservata, non possunt conferre sine speciali, & expressa facultate beneficia vacantia in Curia. *Garc. de Benef. p. 5. cap. 1. ex n. 45. Barbof. de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 5. ex n. 42.* Nec possunt conferre beneficia juris Patronatus Laicalis, vel etiam mixti, sine præsentatione Patroni; ne Laici à fundandis, & dotandis Ecclesiis absterreantur. Et quia hæc ratio cessat, possunt Legati conferre beneficia patronata, quando Laici habent tale jus, non ex fundatione, vel dotatione, sed tantum ex privilegio, vel præscriptione. Similiter possunt conferre be-

neficium juris Patronatus Laicalis: quando hoc devolvitur ad Episcopum ob negligentiam Patroni in præsentando. *Garc. de Benef. p. 5. cap. 2. n. 36. Barbof. de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 5. ex n. 44.* Nec possunt conferre beneficia, quæ ad collationem Episcopi jure speciali, vel delegato spectant; *arg. C. 2. b. t.* & ideo nequeunt conferre beneficia devoluta ad Episcopum ob negligentiam Prælati Regularis exempti. Nam tunc Episcopus ea confert auctoritate Apostolica. *Cl. 1. de Supplend. neglig. nec possunt conferre beneficia litigiosa ob Text. in C. 1. & 2. Ut lite pendet. in 6. Barbof. de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 5. ex n. 41.* nec possunt commendare sine speciali facultate beneficium Parochiale, vel aliud in perpetuum, id est, ad vitam Clerici, cui commendatur: bene tamen possunt ad tempus commendare; *arg. C. 15. de Elect. in 6.* nec possunt Ecclesias Regularibus Clericis facultaribus, nec è contra commendare: & alia hujusmodi. Hæc de Legatis in genere intelliguntur, nunc ad specialia descendamus.

321 Legatus à Latere habet amplius ceteris potestatem: ipso enim præsentante, ceteri Legati non possunt nisi suæ legationis insignibus, nec officio. *C. 8. b. t.* & Episcopus in Civitate, & Diocesi, cui præest, non potest Populum benedicere, præsentante in Civitate Legato à Latere, nec deserre vestem, scilicet mozzettam, significantem illius jurisdictionem ordinariam; quia in præsentia majoris potestatis reverentialis minoris deponitur; non tamen amittitur contentiosa jurisdictione; *arg. C. 6. D. 21. Barbof. de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 5. ex n. 18.* habet etiam jurisdictionem in immediatè Pontifici subiectos. *Glof. in C. 1. b. t.* & contra exemptos potest cognoscere. *C. 1. de Verb. signific. in 6.* non tamen potest aliquem exemptum facere; *arg. C. 10. 16. q. 7.* potest etiam ipse solus (non autem alij Legati) cognoscere causas, & confirmare electiones Episcoporum exemptorum. *C. 36. §. Hujusmodi, de Elect. in 6.* nisi hæc reverentur Pontifici. Præterea, à die, quo à Roma egreditur, quoscumque excommunicatos ob enormem Clerici percussorem ex quocumque loco adventientes, absolvit. *C. 9. h. t. C. 20. de Sentent. excommun.* potest etiam Legatus à Latere in sua Provincia in dispensationibus concedendis, quantum Episcopus in sua Diocesi; potestque intercedere matrimonijs, & alijs licentiam intercedendi concedere. *Sancti de Matrim. lib. 8. Di. 9. n. 25. Et lib. 3. D. 28. n. 8.*

potest etiam in sua Provincia Indulgentias concedere, & quidem centum dierum, saltem ex consuetudine: quæ quidem perpetuæ sunt, & durant, etiam Legatione finita. *Barbos. de Fur. Eccl. lib. 1. cap. 5. ex n. 72.* Ecclesiastica Beneficia conferunt in Provincia sibi commissa, & cum Ordinario concurrunt. *C. 1. h. t. in 6.* ita ut locus sit præventioni. *C. 31. de Præbend. in 6.* etiam si talia beneficia ad exemptorum collationem pertineant, vel etiam si ipsa sint exempta: imò, & ea, quorum collatio est devoluta ad Sedem Apostolicam. *C. pen. de Præbend. nec Legatis currit sex mensium terminus ad conserenda beneficia: potest etiam conferre beneficia suæ Provinciæ, quamvis devoluta ad Prælatum extra suam Legationem, vel etiam si spectent ad collationem Clericorum alterius Provinciæ: non tamen potest conferre beneficia extra Provinciam existentia, etiam si per devolutionem, vel alias spectarent ad collationem alicujus Prælati de Provinciâ. Nam magis attenditur locus beneficii, quam persona conferens, & potest habenti beneficium, aliud conferre adjecta clausula: *Motu proprio*, absque eo quod mentionem faciat de priori beneficio. Et quidem hæc possunt fieri à Legato, etiam si extra Provinciam existat. *Garc. de Benef. p. 5. cap. 3. Barbos. de Fur. Eccl. lib. 1. cap. 5. ex n. 28. & 51.* possunt etiam Legati à Latere reservare beneficia ad ipsorum collationem pertinentia: sed finita Legatione expirat tales reservationes, & pendente una reservatione in eadem Ecclesiâ, vel beneficio spectante ad collationem alicujus, non potest aliam in eadem Ecclesiâ, nec in beneficio spectante ad collationem ejusdem facere. *C. 3. h. t. in 6.**

322 Legatus Missus, Jure Communitate, non aliam potestatem habet, quam quod est suæ Provinciæ Ordinarius. *C. 2. h. t. in 6.* & solum absolvit in sua Provincia excommunicatos ob percussione Clerici, & solum eos, qui sunt à sua Provincia, non verò extraneos. *C. 9. h. t.* nec potest conferre beneficia, nisi ei specialiter concedatur. *C. 1. h. t. in 6.* nec in exemptos habet potestatem. *C. 36. §. Hujusmodi, de Elect. in 6. Glos. in C. 1. h. t. v. Universalis.* si sit Missus cum hac clausula: *Cum potestate Legati à Latere*, habet eandem potestatem, quoad non specialiter reservata, quam Legatus à Latere: cum privilegium aliquid debeat conferre, & verba Pontificis aliquid debeat operari. *C. 30. de Privileg. C. 1. eod. in 6. Garc. de Benef.*

*p. 5. cap. 3. n. 82. contra Barbos. de Fur. Eccl. lib. 1. cap. 5. n. 5.* Legatus Natus habet Legationem Dignitatem annexam, & perpetuam: sed de Jure Communi solum ea potestate gaudet, quam habet ex Dignitate, vel Archiepiscopatu, nec in sua Provincia absolvit excommunicatos ob percussione Clericorum. *C. 9. h. t. L. 23. tit. 9. p. 1.* ejusque officium non finitur, nisi dimissa, vel amissa Dignitate. *Glos. in C. 3. h. t. in 6. v. Finitur.* Et juxta prædictam Glossam Legatorum potestas expirat, 1. morte Legati, quia mors omnia solvit: quamvis Legatio sit Dignitati annexa, quia juxta communem sensum DD. talis Legatio censetur personalis, non realis, ejusque successor, quasi de novo creatur. 2. Lapsu temporis, si ad certum tempus datus sit Legatus. 3. quando finitum est negotium, ad quod missus est: *arg. C. 4. de Offic. Deleg. 4.* per egressum spontaneum ex Provincia animo non revertendi. *C. fin. h. t.* quando, scilicet, habet facultatem à Papa Legationem finiendi. 5. Revocatione expressa Pontificis, ac Legato intimata, & probabiliter solum post egressum à Provinciâ: *arg. L. 3. ff. de Offic. Præsid. in hoc tamen attendi debet tenor revocationis, ita ut si absoluta sit, statim cesset Legati officium, quod tantum à voluntate constituentis dependet: ac proinde contraria voluntate cessat. Non tamen expirat Legatorum jurisdictione per mortem Papæ, nisi aliqua ex prædictis causis accedat. *C. 2. h. t. in 6.* quia jurisdictionem ordinariam obtinent, & sunt Legati, non tantum Pontificis, quantum Sedis Apostolicæ, seu Dignitatis, quæ nunquam moritur. Si tamen datus aliquis sit ad beneficium Papæ, hujus morte finitur officium Legati, sicut ejus morte extinguitur ejus voluntas. De quibus latè *Garc. de Benef. p. 5. cap. 3. Barbos. de Fur. Eccl. lib. 1. cap. 5. & alij.* In nostra Hispania specialiter est statutum, quod Nuntij servant dispositionem Trid, in non cognoscendo in prima instantia de causis, quæ ad Ordinarios spectant. *L. 59. tit. 4. lib. 2. R. C.* Et quod non possint dare litteras dimissorias, nec ordines facere: sub pena expulsiõis à Regno. Et cum *Ann. 1639.* mortuo Nuntio Campeche, ejus Auditor voluisset continuare jurisdictionem, fuit declaratum in Supremo Concilio, non posse eam continuare. Similiter declaratum fuit, non posse succedere Nuntium Extraordinarium *D. Casarem Esquivete*, qui quasdam litteras Apostolicas ad hunc effectum præsentavit. Et cum dictus Nuntius*

rius jurisdictione Nuntij Ordinarij uti cepisset, antequam aliquid circa suas litteras fuisset reolutum in Concilio, expedita fuit quadam Regia Provisio, ut dictus Nuntius nulla jurisdictione uteretur. Quæ constant ex varijs Decretis, quæ inveniuntur post *Tit. 8. lib. 1. R. C.*

## TIT. XXXI.

## De Officio Judicis Ordinarij.

323 JUDEX Ordinarius ille dicitur, qui ex proprio munere, adeoque, suo jure jurisdictionem exercet: v. g. ratione officij, quod obtinet. *L. 5. ff. de Jurisd. L. 1. l. 17. tit. 4. p. 3.* dicitur Ordinarius: quia ordinariæ, & regulariter cognoscit de causis suorum subditorum, & ordinariè ab ipsis aditur. *L. 1. tit. 4. p. 3. ibi: E todos estos juezes que avemos dicho, llamanlos en latin Ordinarios, que muestra tanto, como Omes, que son puestos ordinariamente para hacer sus oficios sobre aquellos, que han de judgar cada uno en los logares que tiene.* Jurisdictio ordinaria acquiritur 1. à Principe, Republica, vel Magistratu, non recognoscente Superiorem. 2. à Carone, seu Lege: sic Vicarius Episcopi, Archidiaconus, & Consules mercatorum jurisdictionem habent ordinariam. *Molin. de Just. & Jur. tr. 5. D. 8. ex n. 4. & 3.* à consuetudine legitime præscripta. *C. 13. de Foro Compet. & com. DD.* potestque acquiri jurisdictione, quæ ad merum, & mixtum imperium pertinet, saltem per consuetudinem immemorabilem, dum tamen talis sit, ut alijs demandari, & delegari valeat, & soleat: cum consuetudo Legis vim habeat. *C. fin. de Consect. Abb. Covar. & alij:* non tamen potest acquiri merum imperium consuetudine, etiam longi temporis, sed tantum per privilegium: saltem de Jure Hispano. *L. 18. tit. 4. p. 3. L. 1. tit. 15. lib. 4. R. C. Et ibid. Greg. Lop. & latè Azaved.*

324 Judices esse possunt, qui non prohibentur: ac proinde nequeunt Judices, esse furiosi, amentes, impuberes, muti, surdi, excommunicati, infames, servi, & fornicariæ (nisi Reginæ, vel Principissæ, sint, & aliquando Abbatis). Cæcus nequit de novo fieri Judex, sed si erat Judex fungitur officio suo. *L. 6. ff. de Judic. de Jure Civili.* Judex esse poterat, qui habebat 18. annos completos: sed de Jure Hispano debet habere 26. annos ætatis, debetque studuisse decem annis Juri Canonico, vel Civili in aliqua Universitate. *L. 2. tit. 9. lib. 3. R. C. ibi: Estudiando Derecho Canonico, & Civil, & Tom. I.*

lo menos por espacio de diez años, y que ayan edad de 26. años, por lo menos. Et sufficit in Universitatibus aliorum Regnorum studuisse. Et hæc qualitates requiruntur ad alia officia: de quibus ibidem: *Ningun Letrado pueda aver, ni aya oficio, ni cargo de Justicia, ni Pesquisador, ni Relator en el nuestro Consejo, ni en las nuestras Audiencias, ni Chancillerias, ni en ninguna Ciudad, Villa, ni Lugar.* Et insuper debet Leges Regias relegisse. *L. 4. tit. 1. lib. 2. R. C.* Inter Judices ergo Ordinarios: alij sunt *Supremi*, in quibus, tanquam in fonte, reperitur jurisdictio: alij *Inferiores*, qui jurisdictionem, tanquam ex fonte, à primis hauriunt, & participant. Inter omnes, in foro Ecclesiastico, primus est R. Pontifex, qui dicitur Papa, id est, Pater Patrum, Patriarcha Lateranensis, & Episcopus Romanæ Diocesis: ubi per Vicarium Generalem suam jurisdictionem exercet. Varijs nominibus in jure, & à DD. frequenter nominatur: dicitur enim Sanctissimus, Beatissimus, Episcopus Universalis Ecclesiæ, Episcopus totius Orbis, Episcopus Episcoporum, Ordinarius Ordinarium, Caput Ecclesiæ, Pastor universalis Fidelium, Princeps Principum, Dominus dominarum, Summus Sacerdos, Vicarius Christi, Petri Successor, Sponsus Ecclesiæ, &c. *Barbos. de Fur. Eccl. lib. 1. cap. 2. ex n. 1. Bellarm. de Sum. Pontificis, & alij com.* ipse tamen se ob humilitatem servum servorum Dei appellat. Divus enim Petrus, ejusque successores, juxta Civilem, & Politicam Gubernationem, Hierarchiam Ecclesiasticam stabilierunt. Sic Romæ, ubi erat Imperator, Summus Pontifex Sedem collocavit. In Urbibus, ubi erant primi Flamines, & Doctores Legis, Patriarchæ, ubi Archiepiscopi, in alijs Civitatibus Episcopi fuerunt constituti, suasque Cathedras collocarunt. *C. 1. c. 2. D. 80. C. 1. D. 99. C. 1. de Privileg. ubi S. Leo ait: Ut lux veritatis, qua in omnium Gentium revolebatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet.* Denique Chorepiscopi in Pagis ordinabantur, ut essent quasi cooperatores Episcoporum. *C. 4. c. 5. D. 68. Gonz. in C. 1. de Privileg.* Et nos supra diximus aliquid de eorum officio, & extinctione.

325 Pontifex ergo est infallibilis in definiendis controversijs fidei, & morum, in quibus non potest errare loquens ex Cathedra, hoc est, intendens aliquid pro fidei articulo, vel pro sana doctrina, ut Supremus Pastor, Pater, & Caput Ecclesiæ definire. Et quidem hoc habet inde-